


Pisomis

4894

Epistola ad Ioan: foritum de conflicto  
Polonos: et lituanos: cum Moldovitis



1574. Vilna

Drukowane w Brzynie -

894.

# EPISTO LA

Wisonis ad Joannē  
Coritiū de consili-  
ctu Polonorū  
et Lituano-  
rum cum  
Mosco-  
uitis.



# PISO CORITIO S.

**S**CIO ego ambiguū tibi esse. Coriti mi carissime in hu-  
manis ne sim an uero minus. Qui totum:iam ferme  
annum. Quo Roma absum:tam pertinaciter tecum sileā  
par item de te quoq; cogitatio me suspendit. Qui nihil  
omnino scripsersis. Nisi forte tuę mihi reddi nō potuerit:  
incepsimis hucusq; uagato sedibus. Que etiam causa fes-  
cit:ut cessator & ipse fierem. Cum alioqui ad scribendum  
nemo me sit minus piger. Nosti quam non sponte obie-  
tim hanc prouinciam:ut ad Serenissimum Polonię Regē  
ac deinceps ad Moscouię Ducem. Quo pacem inter ipsos  
Pontificis & legati nomine firmarem proficiscerer. Sed  
non erat integrum reluctari diutius mihi. Veni tādem Iu-  
lio mense uilnam. Que capū est Lituanie:ubi a Principe  
preterq; pro sedis Apostolice reuerentia amplissime ac-  
ceptus fui habitus sum pro singulari sua in me ueterē alio  
qui clientē beninolentia admodum gratiose. Nam huma-  
niter dicere Regie celsitudinis dignitas uetat. Data deinde  
diebus duobus sequentibusbis audientia:post tertium adue-  
tus mei diem: Rex hinc in castra mouit. Quo ante dies ali-  
quot. Nisi me operiri dignum duxisset omnino ire statue-  
rat. Iam. n. utrinq; ad bellum: & quidem atrocissimū:incli-  
nata erant omnia: Pacis nomine ob interpositas Pōtificis  
pattes auditum nō ingrate. Certum inter tubas:inter tim-  
pana:inter alios armorū strepitus facile oppressum. Iam  
enim & hostis arce Smolensko supra Bonstenē sita p pro-  
ditionem potitus:factus erat insolentior. Et Rex exercitū  
ualidissimum ex equitatu peditatuq; stipendio cōduxerat  
pugne audum imprimis. Erant in is Cathophtacti duo

Millia: quibus nihil esse possit neque ornatum neque armatum  
magis: Peditum plus paulo duo item millia. In quibus belli  
postea moles stetit: fuere deinde alia sexdecim equitum mil-  
lia fortissimorum virorum. Id. n. cedas uolo: Neque uidisse  
me unquam maiorem equitatum: quam constitutere hic Princeps  
possit. neque crediturum fuisse si non uidisset. Ut certe si  
uelit ualeat centum millium equitatum armare. iam vero  
maior fide quadrigarum numerus est comeatum ferentiū.  
Neque n. ipse crederem cuicunq; ista narranti. Nisi meos ip-  
se oculos testes habuissem. Quis. n. crederet uiginti qua-  
drigarum millia conduciri posse. Tatum iam abest ut scribe-  
re hec auderem. Scribit hec tibi Piso: Piso iam non poeta  
rum: sed annalium scriptoris emulus. Nisi forte ne oca-  
lato quidem testi adhuc credis: sit id non voluptatis: sed  
necessitatis causa. Homini iumento uictus ferendus est:  
propter loca sola solitudine nobilia qui tam diu duret q;  
sit manere necesse diu. Centū miliaribus Lituanicis: que  
Germanica centum uiginti faciunt. ( Tantum. n. uie est  
a uilna Smolensko ) preter lustra eadēque palustria: nihil  
ferme uidetur. Sterilia & inhospita omnia. Estima nunc te-  
cum: quāto sit comeatu opus. Adde q; ubi etiam in locum  
uenerimus destinatū: nō minore sis frumenti aliarūque terū  
necessariarum laboratus inopia: Cum ob soli sterilitatē:  
tamen q; hostiliter uastata sint omnia: enim itaq; exercitū  
ubi Rex ipse recensuisset proficiisci in hostes iubet interea  
prefectus Arcis & domini poloczka: alia quadam uia: ter-  
ras Mosci inuadit. Ibiq; populatus omnia ingenti onu-  
stus p̄dā reuertitur. Dū itaq; exercitus discessui se parat.  
Vdentur in loco quodam expolaratores hostiū. Nostri  
cognito illorū numero. Erat. n. uiri bellatores mille trecenti

lectis ad hoc sexingentis equitibus illos obruere armaq; ca  
pietes maiore ex parte trucidauere Duce eorum. Cum nō  
nullis nobilibus capto. Idem fecere postridie in aliis mille  
ducentis pari euētu. Moscus re cognita exercitum omnē/  
Qui octoginta milibus constabat: loco quodā ad hec ele-  
cto ultra Boristenē collocat. Ratus nostros pugne auidita  
te amnē non formidaturos. Verum id non sine periculo.  
Cum uadum ipsi tam bombardis quā milite muniuissēt.  
Eumq; unicum:nā alibi Boristenes utpote & altus & uor-  
ticosus neutriq; est uadabilis. Nostri relictis aliquot milli-  
bus: qui se citra amnem hosti circumequitantes ostenderet  
reliqui interim percontato alibi flamine ponticulum ex  
ratibus lintribusq; nectunt. Quo peditatum cum machi-  
nis transmittant equites acie: ut erant: instructa omnes. Se-  
uno impetu: sed ex ordine coniiciunt in amne feliciterq;  
tranant: credo diis freti haud plus uno desiderato. Nō erat  
hoc incognitum hostibus: & poterant uel amnem ingredi  
uolentes cohibere: uel iam partim egressos opprimere. Ve-  
rum cū & ipsi multitudini nimiū fiderent: & nostros pre-  
paucitate contemnerent: loco se tantisper: utpote oportu-  
no: mouere distulerunt dum nostri. Iam nō modo amnē  
trāsirent. Verū etiā & pugne locum caperet: & ordines uel  
reficerent uel mutarent. Tantūq; fuit temporis medii: ut  
tribus ferme horis manuum consertione utrincq; abstine-  
rent. Vbi ad manus deinde uentum fuit: hostes arte usi-  
circūuenire nostros a tergo per uallem: ubi non apparebat  
Nam & collis dumetis consitus impediebat aspectū: ma-  
gno impetu nitebantur. Nostri re explorata derepente: ut  
in subitis fit casibus mutant cōsiliū: Et ea ex parte iniussu  
pugnā committunt. Nam alto belli dux acies inclinarat.

Vbi & ipse tunc ferebatur. Quod cum ex nostris nonnulli  
bello alias probe exerciti consiperent. Neque aut consultâ/  
diu aut ducem conueniendi tempus locusue daretur in ho-  
stem conclamant fortiterque pugnando reperimunt: hec a le-  
uo cornu acta: mox a dextro & omni ex parte conserte ma-  
nus tubarum clangor: ut ex iis qui interfuerent accepit supra  
usitatum modum. Fuere n. tubicines in hostili exercitu plus  
multo quingentis. Atque ita fortissime dimicatum utrinq;  
inclinante iam ad uesperam sole timor hostes mox despe-  
rato occupat. Iam neque nostrorum impetu ferre diutius: qui  
proximi erant neque fuge uiam a tergo reperire ualebant  
premetibus ultimis: qui & ipsi ordines facile explicare ne  
quibant. In ea trepidatione clades facta ingens fugientes  
deinde tumultuatim omnes nostri in longam noctem se/  
cuti quoscunq; cedere. Nisi qui uel nemoru densitate late-  
re uel noctis beneficio elabi poterant. Ibi direpta castra: in  
predâ uersa omnia: cecidere ex hostibus millia circiter qua-  
draginta: Capta quattuor millia: & in is prefecti exercitus  
oës qui octo fuerât: inter quos primi a duce Moscorum dux  
Mihael Goliicza: cù trecëtis nobilibus inter quos sùt Baro-  
nes multi. Hos secum Rex nudius tertius quasi in triûpho  
uilnâ uexit cōspicuos oino viros. Mihi certe in oī uita nî  
hil uidere circa popas bellicas obtigit gloriosius: Reliqui  
captiuï partim per municipia distributi sùt partim apud ui-  
ctores. Vbi adhuc & signa tenetur. que & ipsa ablata fue-  
re ad unum oia. Rex n. cù domesticis tantum paucis ad modum  
rediit. Misso quē secum in p̄sidiis habebat ad belli duces exer-  
citū recēti milliū quattuor: uti uictoriā sequerentur. Maxi-  
me uero uti arcē Smolenicho recuperatēt. Moscus n. mox  
suorum accepta clade paucis admodum stipatus tā precipiti ad

propria cursu festinaret: ut die atq; nocte. ccc. passuum millia  
suparet. Siue ut nouū repete exercitū scriberet. Siue quod  
vero esse similibus creditū est. ut famā rei male geste puer-  
teret. Quominus fratres rebus nouis moliēdis ansā āte ca-  
perēt: male tractatiōis memores: Vt pote q̄ seruitutē apud  
tyrannū frēm seruire cogūtur. Parū. n. ad recuperādū exer-  
citū supesse spei fatens & captiui. Populo Moscū asserētes  
adhuc plurimo abūdare: uerū rusticō & bellis inepto. Cū  
in hāc expeditionē omnē ferme nobilitatē duxerit. Sic ille  
qui paulo āte capta dolo supbus arce Polonis oībus necē  
Lituanis uero cōpedes minitatus fuerat: turpissimam coa/  
etus inire fugā est ut se tā neci q̄ uinculis eriperet. Nā ita  
certā demēs ipse sibi uictoriā spopōderat. Vt postea apud  
duces belli captos reperte cū mandatis atq; stratagematis  
epistole fuerāt. Quibus quod factō tuilibet post uictoriā  
opus esset cōmiserat: ut scilicet Rege i p̄sidiis positū: uno  
agmine adoritētur. Eo utrūq; potitiū: i tres sese vias diuiso  
exercitu diffunderēt uilnāq; dīreptū festinaret. Sed nescie-  
bat homo & priuatim & publice piurus: Deū uiolate sine  
causa fidei uindicē aliter lōge cūstitutū ire. Dii. n. immorta-  
les ob piuriū (ut ait pro Roscio Cic.) hominibus irasci  
& succēdere consueverūt. Dedit cōdignas pfidie sue penas  
Cum ex nostris ne unus quidē captus sit uulnēcati mal-  
ti & ii aduerso corpore omnes. Mortui uix supra quadrin-  
gentos: & in iis Barones quattuor elegantiissimi idēq; for-  
tissimi iuuenes. Quorū corpora huc relata sunt & tumula-  
ta honestissime duobus sub insula epiis cum uniuerso cle/  
to ad Ciuitatis portas progressis. Quorū tamen mores im-  
memoria hostium clade piata est. Vt certe fateti sit hec sine  
diuū numine nō euenisse. Cum alioqui Rex ipse re qui-

dem uera christianissimis sit semperq; fuerit. Assiduis.n.  
pro uictoria supplicationibus ea deinde parca gratiarū ac/  
tionibus templa omnia sonabāt: Quin & publice ad deū  
omnia princeps refert. Maxime cū tartari qui sub idē tēpus  
iuxta paſtū cōuentū adesse maiestati sue debuissēt: fraude  
se sobduxerint: iam uero & illud non omiserim. esse apud  
Moscū ducē Michaelē Gliuskii. Virtū animi & corporis  
dotibus egregie insignē. Is olim nō leuibū ex causis R.e-  
gem Polonie fugiens ad Moscū cū suis migravit: Qui &  
priorū & horū causa motuū fuit. Hunc Rex ad Serenissi-  
mi Vngarie Regis instantiam: in gratiā secreto admisit  
& iam tacito redire paratē: Sui quibus nimū fidebat Mo-  
sco detulere: qui hoīem cuestigio uincū domū sub custo-  
dia remisit: incertū qd de eo uelit statuere: Is si forte trāſfu-  
gisset: ut cōuērat: ad n̄os. Magnā sibi huius uictorię partē  
uēdicare cōtēdisset: Nā id circiter kl. Septēb. eōtigerat. Pre-  
liū uero octaua Septēbris ipso die Natali Virginiis factū  
est: in sūma. Dei oīno munera sūt hec p̄cipue: deinde prin-  
cipis deo gratissimi cuius fortunā utiq; plustrē nō ex ario  
lorū nugis: Sed ex sūma uitę sanctimonia Prudētia fortis/  
tudine Tēperatia atq; Iustitia metior. In quo illd pulchrū  
est: ut si clementiā ipsam uelis effingete. Nullo certe alio  
neḡ ore neḡ colore: q̄ huius principis id prestare possis ef-  
ficiatis. Mihi profecto post exantlatos tot uiarū labores:  
ex hac uictoria tantū accessit leticie. ut nihil asperū: siue ter-  
ra: siue mari tulisse uidear: siue quia p̄cipis huius sumi sue  
timq; semp studiosissimus. Siue q̄ bac factū presēte uicto-  
ria: ut ire ad Moscū nō sit necesse mihi. Que mea profe-  
ctio sūma est expectatio. Nam preter uiarū cū longitudinē  
tū difficultatē ualde me terret. hominis etiā iurati perfidia

Satis mihi est confessori esse superbā Martini palmā non  
ambio. Mis̄i ad illum Kl. adhuc Augustis famulū cum lie-  
teris pro saluo conductu: sc̄io peruenisse. Sed neq; respōsū  
neq; famulū uidi. Audio in amnem coniici fuisse iussum.  
Non libenter bibo tam largo Cantharo: sed iocor uerbis  
te tamē uera seriū est quod scribo. Scilicet mihi seruabit:  
Si etiam dederit fidē quā neq; Regibus: ac ne deo quidē  
ip̄si seruare solet: I nunc scismatico uitā cōmitte tyranno.  
Vt te per Scythicas sub styga mittat aquas. Nollē in isti  
nistrum mihi omen precinere. Qui initio certe inuitus fe-  
ci: ut hanc experire molestiā. Tolentablia fuere hactenus  
omnia q̄uis aspera in reliquis quoq; superanda omnis for-  
tuna ferēdo est: Nondum satis intelligo quid firmum de  
me sit. Cum omnis adhuc exercitus arcis recuperationi stu-  
deat eam brevi futurā speramus: q̄ nisi & uiatū sub hec tē-  
pora difficultas & anni ratio nostris obstaret: uictorē om-  
nino exercitū in ipsa Moscici dominii uiscera transserēt  
ibidē hibernaturi: qua illorū sentētia facile residuo itinere  
absoluerer. Sed durare tādiu uix poterūt cōmeatus penu-  
tia p̄seitim pro iutētis. Habēt. n. p̄tēr suū equitatū p̄dati-  
tios equos circiter uiginti millia quos saluare si possēt plu-  
rimū uellēt. Habere. n. dicitur Moscouia equos laboribus  
ferendis admodū idoneos. R̄es diu extrahi non poterit.  
Quicquid erit nō patiar te nescire. Tuū erit iterea litteras  
has nullo constantes ordine boni consulere. Vt. n. sparsim  
relata mihi sunt oīa. ita uarie congesta: ut licet uix unius es-  
se corporis uideant̄. Mitto nummos Argenteos sex Moscī-  
cos: ex p̄da ad me missos. Hos tibi cū amicis cōmunes esse  
uolo. Inuenies in illis inscriptiōes grēcas partim partim ru-  
genas. Simbolum habent Rutene cū grecis litteris: dein de-

par etiam est religio. Sunt utiq; christiani. Sed Scismatici:  
Templa habent hic presertim uilne auro argēto & gēmis  
opulenta paucis etiam hinc annis ex lapide edificari cepta  
& quid sumptuose. Cum lignea tantū prius habuerit: non  
cultu admodum. Sint autem Ruteni (ut illud quoq; au/  
etariū addam) Ingenio Lituanis promptione. Quo fit  
ut operibus non mediocriter excellant. Multi ex iis pecu-  
liane proditionis uiciū habent. Quod ad principium siue  
ducum aliquorū domos irrepsit. Quin & hoc nuper bel-  
lo dux quidam Rutenius ab omnibus suis Mosco se de-  
dedit: quāuis egregium adulescentē filiuū in Regis Aula re-  
liquisset. Sentiunt multi ex iis secreto (ut creditur) pro  
Mosco nulla alia magis q̄ religionis causa. Eam. n. per om-  
nia communem habent. Transfugerentq; passim multi  
Nisi exploratam Moſci tyrannidē formidarent. Is. n. seu if-  
simis subditos legibus coercent. Omnia illi nascuntur: om-  
nia crescunt omnia adducuntur. Si qui sunt: qui uel gene-  
re: uel dignitate magni sunt. In illius nihilominus manu  
sunt. Neq; diutius diuites q̄ ipse uelit. Cōmertia eorū ter-  
ra mariq; plurima. Autum Argentum pro pellibus infer-  
re soliti mercatores nihil aliud referunt. Ea omnia princi-  
pi accedunt. Hinc opes iste tante: quāntas nemine unū in  
Europa principem habere fama est. Populo miris artificis  
insigni potēs. Italos habet domesticos multos: & honeste  
& utiliter. Ceterum suas circa fidem partes coactos sequi.  
Hec ab iis qui istic uersati sunt didici. Siquādo (quod ma-  
xime deprecor) eo iero redieroq; quod precor uel per lit-  
teras uel coram de omnibus affatim. Interea autem adhuc  
& hinc erit quod scribam. Restat. n. nō nihil militibus no-  
stris circa arcis recuperationē: quod negocium extrahi diu-

non poterit. Si n.deditio nem facere obesse noluerint. Aliud nostri pro rei & temporis qualitate consilium sunt apprehensi. Sunt n.adhuc in exercitu prefecti & tribuni militum omnes veterani. Qui uel sub manu captare consiliū non ignorant: ante omnis autem Illustrissi. Dux Constantinus inter nostri temporis imperatores in re bellica facile princeps. Qui signis collatis ter & trigesies dimicando uictor fuit. Idem iunior tamen apud Moscum septēnio manicis pedicisq; cōstrictus fuerat bello captus. Vix est domum religiosior fortis Romulo non inferior. Quo duce & hoc bellum gestū est. In quo nihil esse uno omnes ore aiunt quod probari nequeat. Nisi quia Rutenus idemq; Scismaticus sit: ita a parentibus errore quasi per manus accepto. Necq; n.parum refert: quod quisq; a maioribus religionē accepit. Certum ita maiorū suorū traditiones omnes sancte obseruat: ut ne lacū quid ab iis unguē recedat. Qui si ad S.Matris Ecclesie obediētiā reduci posset innuis dubio procul ad idem agendū preluceret. Tāti est apud suos momēti principi autē ob eximias uirtutes facilē carissimus. Sed de iis tandem plus satis ueniā tamen mihi dederis ut spero non grauatum culpam ingenue fasso. Qui nō epistolam sed libellū ex bello fecisse me haud quaq; negauerim leges aliquando non pauciora iis de itineris mei ratione. Quod utinā non tentassem. Parum a septētrionali disto oceano: & longius adhuc progredi cogor. Iā hic september initū est brume. Que tam seu folet ingruere: ut multis sine nāso contingat esse. Noctes estate breuissime: hyeme diei parum. Sub diuo Julio Pontifice laudatissime memorie. Minus mēse annum Roma ad duos missus Reges abfui. Non paruo certe labore. Sed nihil ad hec: que

haec tenus mihi equali temporis. Sed diuerso laborum cal-  
culo incidere: & tamen difficultiora adhuc restant. Leius  
fit patientia quicquid corrigere est nefas. Mihi certe satis  
erit Pontificis Legatiq; expectationi respondere. Quod ut  
facere grata ualeam: pro Sanctitatis sue ac sedis Apostoli/  
ce nomine gloria amplitudine. Ne glacialem quidē ( uel  
sub bruma ) sum reformidatus oceanum. Sed iam ualet:  
& uolumen hoc boni consule. Ad neminem. n. diffusius  
scripsi. Cum sciam mea tibi omnia: utpote mei semp amā-  
tissimo non displicere. Ego ualeo & principis munificētia  
bene habeo. Vilna. xxvi. Septembr. M. D. XIII.

L A V S D E O .

F I N I S .